





*Pr. 56. Blatt 27.*

*1758, 12 17*


SPECIMEN IVRIDICVM  
EXHIBENS  
DISCEPTIONEM IN AVGVRALEM  
DE  
INSTITVTIONE HEREDIS  
IN CODICILLIS FACTA  
IVSSV  
ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
CONSEQUENDI  
IN CELEBERRIMA SALANA  
IPSO IVBILAEO SECUNDΟ  
EDITVM

AB  
AVGVSTINO FRIDERICO GVILIELMO  
SCHLICHTER,  
ADVOCATO REGIMINIS COETHEN.

IENAE MDCCCLVIII.

LITTERIS SCHILLIANIS.

*H. Gott. Kat. Nettelbladts. Gottlieb*





SERENISSIMO ATQVE CELSISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
**D O M I N O**  
**C A R O L O G E O R G I O**  
**L E B R E C H T**  
PRINCIPI ANHALTINO,  
DVCI SAXONIAE, ANGRIAЕ  
ET GVESTPHALIAЕ,  
COMITI ASCANIAE, DOMINO BERNBVRGI  
ET SERVESTAE, RELIQVA,  
EQVITI ORDINIS REGII POLONICI AQVILAE  
ALBAE SPLENDIDISSIMO,

**D O M I N O M E O L O N G E**  
**C L E M E N T I S S I M O.**

SERENISSIME PRINCEPS  
DOMINE CLEMENTISSIME!

DONATO  
CAROLO EGREGIO  
THEATRUM  
HISTORIARUM  
ANTIQUITATUM  
ET  
MORUM  
CIVICARUM  
ACAD  
PRAESES  
DOMINA TUA  
SANCTA MARIA PROSPERAN



Principes pietate, iustitia et sapientia conspicuos vices summi Numinis in vasto hoc terrarum orbe obire, nemo mortalium unquam inficias ibit: Gentiles eos SIMVLACRVM DEI dixerat, atque DIIS SIMILLIMOS iam dudum cum PLINIO et aliis praedicarunt. Ex Gente vero Christiana non facile est, qui hac de eminentia Principum dubiter, sed, EXPRESSISSIMAM DEI PRINCIPALIS IMAGINEM IN PRINCIPE DEI VICARIO RELVICIRE, cum ARNOLDO WESENFELD, ornamento quondam VIADRINAE eximio, in eleganti, quam de PRINCIPE PIO, DEI VICARIO ET IMAGINE DEI VIVA IN TERRIS, ante quadraginta fere annos conscripsit,

scripsit, dissertatione, Thes. XII. ad vnum omnes potius largiuntur; Sicut et ipse Codex S. eos reliquis hominibus in summae venerationis obiectum fistere sollet. Hanc Imaginis Diuinae praestantiam quis in TE, PRINCEPS CELSISSIME, non mirabitur? vt pote in quo praeter CORPVS RARAE MAGNITUDINIS, quale in PORO Rege CVRTIVS laudat, eximias plane animi dotes, omnes mecum subditи pie venerantur. De TE certe gloriamur, quod olim PRIAMVS de AGAMEMNONE apud HOMERVM:

Καλὸν δ' ἔτω ἐγών, ὁπως ἵδεν ὁ Φθιλιόστη,  
Οὐδὲ δέ το γεράζεν ὁ βασιλῆ. Θάνατοι καί τε,  
Oculis adeo formosum nondum conspexi,

*Aut sic venerabilem Regiam dignitatem qui prae se fert.*

Non mirum ergo, si omnes in TE, tanquam in speculum splendidum, laeti intueantur, atque ex eo, quid fugiendum, quid agendum, consilium sapienter petant, imo rationes actionum suarum TIBI post Deum soli sponte reddant.

Haec mecum altius meditans non diu animo meo volutauit, cui praesens laboris Academicici specimen submisse consecrarem, TV enim es, qui studia mea largiter subleuasti Academicā, TV es, qui mihi vix ex Academia reduci LIBERTATEM ADVOCANDI concessisti clementissime, TV denique es, cuius ex nutu gratiosissimo omnis mea salus post Deum pendebit. Ingratiissimus sane forem mortalium, nisi beneficiorum illorum memor has qualescunque lineas NOMINI TVO CELSISSIMO inscriptas laetus TIBI offerrem. Suscipe ergo ex singulari TVA gratia, PRINCEPS OPTIME, icriptum, quod TIBI submisse offertur, valde exiguum fronte serena, atque audaciam meam clementissime

mentissime condona. Tanta pro clementia Deum O.  
M. supplex venerabor, vt TE, PRINCEPS SERENIS-  
SIME, vna cum FRATRE CELSISSIMO et tota  
Domo SERENISSIMA per longam annorum seriem  
saluum conseruet et incolumem, omnibusque naturae  
et gratiae donis porro largissime accumulet, vt res  
omnis publica et sacra, nec non civilis et literaria de  
TANTO PRINCIPTE diu exultet. Haec sicuti subdi-  
torum TVORVM communis vox est; ita pariter hu-  
millimo animo precatur

SERENISSIME AC CELSISSIME  
PRINCEPS,  
DOMINE LONGE CLEMENTISSIME  
SERENITATIS TVAE

Dabam Cothenis  
d. XVIII. Ian.  
cI50cccviii.

deutissimus cultor et humillimus seruus  
Augustinus Fridericus Guilielmus Schlichter.



*In nomine SS. Trinitatis.*

§. I.

 An ab initio status Romani ciues bona sua acquisita ad liberos, vel agnatos, vel cognatos transmittere, vel voluntatem de his bonis ultimam condere valuerint, non certum est, licet id probabile ideo videatur, quia dispositio de bonis suis ciuibus non, nisi in comitiis, et ita consensu totius populi, permissa fuit, donec tandem, extra comitia, coram septem testibus, qui totum populum repre-

A 2 fenta-



sentabant, testamentum condere inualuerit, imo, etiam non facto testamento, liberi, agnati, cognati aliquie, suo tamen modo, bona si- bi afferere potuerint.

### §. II.

Rogabantur itaque saepe successores per codicillos ut facerent aliquid, quia vero nemo cogitur praestare id, de quo rogatus est, Augustus conuocauit sapientes, et quaesuit, an posset hoc recipi, nec absconans a iuris ratione codicillorum usus esset, qui id utilissimum et necessarium dixerunt, hinc iure optimo codicilli sunt admissi, *pr. d. codic.*

### §. III.

Ita tamen sunt admissi, ut nec hereditas illis dari, neque adimi, sed fidei commissum codicillis relinqu potuerit, *§. 2. de codic.* et  
nunc

nunc etiam legata, quia exaequata sunt fidei  
commissis §. 3. d. legatis.

§. IV.

Sed cur hereditas iis dari et adimi non  
possit, quaeritur? vulgo respondent per ra-  
tionem in §. 2. d. codic. positam, ne confunda-  
tur ius testamentorum et codicillorum, hinc  
etiam L. 7. C. d. codic. allegant, vbi dicitur:  
„Si idem codicilli, quod testamenta possent,  
„cur diuersum his instrumentis vocabulum man-  
„daretur, quae vis et potestas una sociasset?  
„igitar specialiter codicillis instituendi ac sub-  
„stituendi potestas iuris auctoritate data non  
„est.” Sed haec ratio rationis non omnibus  
placet, vid. RITTERSHVSIVS in comment. ad §.  
2. de Cod. Magis enim est voluntatis quaestio,  
quae ex scripto plerumque declarabitur: nam  
si forte, v. g. a Titio legata quis reliquit, sub-

A 3

stitutum

stitum adscripsit heres si non extitisset, sine dubio non codicillos, sed testamentum facere voluisse intelligetur. *L. 13. §. 1. de iure codic. et in L. 14. C. d. testam. et quemadm. ord.* propterea principes constituerunt: *non codicillum sed testamentum auiam vestram facere voluisse institutio et exheredatio facta probant evidenter.*

### §. V.

Rectius ergo et verius rationem petimus *ex pr. d. codic.* vbi dicitur, ut ilissimum et NECESSARIVM hoc ciuibus fuisse, propter magnas et longas peregrinationes, quae apud veteres fuissent, vbi si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Nam ad testamentum requiruntur testes septem, et quidem ciues Romani, ad codicillos quinque, nunc vero ciues Romani non solum in Italia, sed

sed etiam in Asia et Africa reperiebantur, non tamen tot vbiue locorum, quot ad testamentum erant necessarii. VINNIUS ad pr. d. cod. nam prouinciales plerique non habebant ciuitatis Romanae ius, sed inter peregrinos habebantur, vt de hac causa ad testamentum solemne adhiberi non potuerint.

BACH. ad pr. I. d. codic.

### §. VI.

Id quod RICHT. p. 1. D. 63. n. 63. seqq. his verbis notauit, quod, si directo testator heredem institueret, omnesque solemnitates obseruauerit, sed ultimam suam voluntatem codicillos appellauerit, dispositio illa valeat vt testamentum. E contra vero, si tantum legata reliquerit, codicillus est, licet disponens illam suam voluntatem testamentum nominauerit.

L. 14.



L. 14. C. d. testam.

L. vlt. ff. d. iur. codicill.

L. 7. C. eodem.

quia qualitas intentionem agentis demonstrat,  
et actus non iudicatur a nuda demonstratio-  
ne, sed rei forma et effectu

HARPRECHT ad d. §. 2. n. u. segg. de codic.

hinc etiam ait

LVDW. d. vlt. vol. part. 2. p. 402.

essentialis forma, adeoque differentia inter  
testamentum et codicillos est heredis insti-  
tutio, quae testamenti fundamentum et ca-  
put est

§. ante. 34. I. d. leg.

hinc si quis in ultima voluntate tantum lega-  
ta et fidei commissa relinquat, non testamen-  
tum, sed codicillos facere intelligitur, etiam  
si dispositionem istam testamentum vocauerit.

L. vlt. D. d. cod.

I. nou

**I.** non codicillum 14. C. de testam.

**L. 7.** C. de codic.

Quemadmodum e contrario testamentum non codicillos facere voluisse praesumitur, qui si bi directo heredem instituit quamvis hanc voluntatem suam codicillos appellauerit

**I. 14. C. de testam.**

quoniam aetus non a nuda denominatione, sed ab effectu et forma rei iudicandus est

MENOCH. 4. d. praesumt, 3. n. 1. 2. 3. et 5.

### §. VII.

Hoc agnoscant hodie etiam varia collegia, cum enim in responso sub Lit. A. adie-  
cto vltima voluntas ideo pro codicillis habita  
esset, quia testatrix eam nominauerat codicil-  
lum, dissenserunt in resonso sub Lit. B. iuris  
consulti Lipsienses, et sub Lit. C. Hallenses,

B

quae,



quae, quia rem hanc illustrant et confirmant,  
per extractum subiicere placuit.

### §. VIII.

Sed aliter processit

illustr. et nunc beatus D. BOEHMER in disp. de co-  
dicillis absque testibus validis,

qui, quoad originem codicillos tempore Au-  
gusti nihil aliud fuisse, cap. I. §. 4. tradit,  
quam epistolam scriptam ad heredem de eo,  
quod post mortem suam scribens ab herede  
fieri vellet, id quod §. 5. 6. 9. 10. vltterius  
deducit, et §. 24. subiicit, haec quidem pri-  
mis temporibus, vbi codicilli introduci sunt,  
obtinuisse, sed sicuti alias iura non semper  
ibi subsistere solent, vbi inceperunt, ita sen-  
sim et pedetentim nouam formam codicillis  
super addi coepisse, adeoque ex post facto  
remissum videri putat, vt non praecise in  
forma

forma solemnis epistolae dispositio codicillaris,  
sed aliis quibuscumque verbis fieret, qua pra-  
xi semel admissa, tandem etiam permissum  
esse, ut absque scriptura nuncupatiue fieri  
posset.

*L. 8. §. 3. C. d. codic.*

*L. 13. d. SS. eccles.*

*L. 3. pr. C. d. bon. libert.*

Hac ergo noua forma admissa, et codicil-  
lis supra addita factum credit, ut etiam testes  
adhiberentur.

### §. IX.

Quoad codicillos testamento confirma-  
tos etiam quinarius testium numerus deside-  
ratur a multis iureconsultis, quorum rationes  
concludentissimas asserit

*HARPRECHT V. I. Conf. 5. n. 63.*

B 2

ipse



ipse tamen distinguit inter ius Iustinianum  
et consuetudinem vniuersalem Germaniae,  
ita, vt secundum hanc testes quidem non  
sint necessarii, bene tamen secundum illud,  
et hinc etiam BOEHM. c. l. cap. I. §. 3. tra-  
dit, quod in l. f. §. f. C. d. codic. ob vo-  
cem: *excepto testamento*, codicilli testamento  
confirmati, non idigeant quinque testibus.  
Ait, pace cuiusque dissentientis, satis con-  
textus legis fin. contrarium probat, nam ita  
se verba habent:

in OMNI ultima voluntate, *excepto testamento*, quin-  
que testes debent adhiberi

nempe in testamento septem testes adhiben-  
dos esse vult textus, non in aliis ultimis vo-  
luntatibus, quorsum pertinet etiam MAXIMI-  
LIANI constitutio de notar. cap. 2. §. 2. Ceter-  
num. De schedis testamentariis siue in testa-  
mento confirmatis agit

HARF-




13

HARPRECHT V. I. conf. 52. n. 60.

BARDILLI cap. 5. §. 3. 4°

de quibus nos vero aliquid addere nunc supercedemus, et properantes plura de hac materia, ad tempus, quo magis vacat, reiicimus.

*Soli Deo gloria.*



B 3

A.



A.

Als Uns nachstehende re. und entstehen nunmehr folgende Fragen:

- 1) Ob nicht die im Testament eingesetzte Erbin, Hegnerin, die im Codicill ihr beygefügte Vier MitErben von der Erbschaft rechtlich excludiren könne?

Ob wohl, so viel die Erste Frage betrifft, das Codicill sub B. auf das Testament sub A. sich beziehet, und mit diesen zugleich übergeben worden ist, also, daß es pro parte testamenti, oder deßen Inhalt vor eine testamentarische Verordnung, auch, weilm̄ bekandten Rechtens, quod verba directa in Codi-



Codicillis reperta in vim fideicommissi sustineantur,

STRYCK *Caut. testam. C. 23. §. 23. s7.*

die darinnen geschehene Erb-Einszung pro fideicommissaria zu achten, folglich die Testaments-Erbin, Hegnerin, & der ganzen Erbschafft an ihre im Codicill benannte Mit-Erben zu restituiren schuldig sey, es das Ansehen gewinnen dürfste;

Dennoch aber und dieweil Testatrix ihrem Testament die clausulam reseruotoriam nicht angehänget, noch darinn, daß alles, was sie in einem Codicill weiter verordnen werde, eben die Kraft haben sollte, als wenn es dem Testamente wörtlich einverleibet worden, disponiret, sondern ohne dieselbe in dem Codicill sub B. 4. Mit-Erben titulo institutionis honorabili, wie sie selbst redet, ernennet, und der alleinigen Testaments-Erben an die Seite gesetzt hat, in einem Codicill aber blos legiret, auf den Todes-Fall geschenket und fideicommitti-

ret

ret werden kan, mit nichten aber die Erben-Ein-  
setzung statt hat,

in Codicillis ea omnia exulant, quae here-  
dis institutionem vel respiciunt, vel inuolu-  
uunt, vt sic heres neque directo institui,  
neque exheres quis scribi, neque substi-  
tui possit,

*I. 6. pr. 10. π. de iure Codicill.*

*L. 2. C. eod.*

*STRVV. Exerc. XXXIV.*

§. 59.

Hiernechst die in denen Zweifels-Gründen ange-  
geföherte Regel: quod verba directa in vim fidei-  
commissi sustineantur, nur in Zweifelhaften Fäl-  
len, und wenn die gebrauchte Worte ad fideicom-  
missum gezogen werden können,

*MOELLER semestr. Libr. III. c. 43. nr. 12.*

*PHILIPPI u. pr. Inst. Lib. II. ecl. 106. n. 8. 12.*

statt

statt hat, nicht aber hier, da aus denen codicillariischen Worten;

es sollen aber mit ihr auch : : : zu meinen wahren und alleinigen Erben, und zwar titulo institutionis honorabili, hiermit eingesetzt seyn.

animus heredes directo instituendi sattsam erhellet, und keine Ursach, warum man aus der zu gleicher Zeit beschehenen Ubergabe des Testaments und Codicilli animum fideicommittendi prae supponiren wolle, vorhanden ist;

So sind Wir der Rechtlichen Meinung, daß Hegnerin die im Codicill sub B. ihr beigefügte Mit-Erben von der Erbschafft rechtlich excludieren könne. &c.

Von Rechts Wegen.

Wirkundlich mit Unserm Insiegel besiegelt.

B.

Unse freundliche Dienste zworn,

P. P.

**A**ls derselbe Uns Abschrift eines Testaments und so genannten Codicills, nebst zwei unterschiedene Fra-

C

gen



gen zugeschicket und Unsere Rechtsbelehrung darüber gebethen;

Dennach erachten Wir, nach fleißiger Verlesung und Erweigung, darauf in Rechten gegründet und zu erkennen seyn.

Und ansangs auf die erste Frage:

Hat Maria R. in ihrem letzten Willen vom 31. Mart. 1741. die Hegnerin zu ihrer alleinigen Erbin eingesetzt, hingegen in der Disposition vom 21. Jun. 1741. sich geändert, und darinne, außer vorberührter Hegnerin, noch andere Personen zu Erben ernnet, es sucht aber nach ihrem Todte besagte Hegnerin sich die Erbschäfft alleine zu vindiciren und die übrigen davon auszuschließen, wannenhero, ob solches mit Bestande geschehen könne? Rechtlicher Unterricht begehret wird;

Ob nun wohl Testatrix in ihrer erstern Disposition die Freyheit, selbige zu verändern sich nicht vorbehalten, und die Nachherige Verordnung mit dem Mahnen eines Codicills belegt, worinne directa heredis institutio nicht statt findet;

Dennoch

Dennoch aber und dieweil ultima voluntas posterior priori ipso iure derogiret, dergestalt, daß nicht von nöthen, daß ein Testator in seinem Testamente die Freyheit, daselbe zu ändern, sich reseruirt haben müsse, sondern, ungeachtet er solches unterlassen, davon wieder abgehen und nach Gefallen bis an seinen Tod ein anderes verordnen kan, dann in gegenwärtigen Fall die R. in der That Zwei Testamente errichtet, und in dem letztern, außer der vorher eingesetzten Erbin, noch mehrere Erben directo dazu verordnet, dergleichen directa heredis institutio basis et fundamentum testamenti, und ver möge welcher eins so wohl, als das andere, als ein förmliches Testament bestehet, indem bey letztern so wenig, als bey dem erstern, in Ansehung derer solemnum externorum, einiger Mangel erscheinet, sondern beyde Testamente zu gleicher Zeit gerichtlich insinuirt worden, wobei auf die ungleiche Benennung, daß die Testirerin solch Testament ein Codicill geheißen, kein Absehen zu richten, noch daher dem Wesen des wahrhaftigen Testamenti etwas abgehetz;



So ist der R. Erbschafft nicht nur der Hegnerin, sondern auch denen übrigen Vier eingesetzten Erben, zuständig, und mögen diese von jener nicht ausgeschlossen werden.

Alles von Rechts Wegen.

Uhrkundlich mit Unserm Insiegel versiegelt.

Ordinarius Senior, und andere  
Doctores der Iuristen-Facultaet  
in der Vniuersitaet Leipzig.

### C.

Als Uns Abschrift eines Testaments und so genannten Codicils, nebst zweyen Rechtlichen Gutachten, und so viel Fragen zugesendet, und Unsere Rechtliche Meinung darüber verlanget worden; Demnach erachten Wir Ordinarius, Decanus und andere Doctores der Iuristen-Facultaet auf der Königlich Preussischen Vniuersitaet Halle, nach deren fleissigen Verles- und Erwegung, vor Recht: Hat A. M. R. den 21sten Mart. 1741. ein Testament errichtet und ic.

und es wird demnach Anfangs gefraget:

Ob

Ob die im Testament eingesetzte Erbin,  
Hegnerin, die im Codicill ihr Besitz  
fügte Mit-Erben von der Erbschaft  
ausschliessen könne?

Ob nun wohl Testatrix ihrem Testamente die clausulam reuocatoriam nicht angehänget, noch darin verordnet, daß alles dasjenige, was Sie in einem Codicill disponiren würde, eben die Kraft haben solle, als wenn es dem Testamente wörtlich einverlebt worden, sondern ohne dieselbe in dem Codicill noch andere Personen titulo institutionis honorabili zu Erben ernennet; Gleichwohl aber, bekannten Rechten nach, in einem Codicill die Erben-Einszung nicht statt haben kan; Und wann gleich seine Richtigkeit hat, daß die Regel, quod verba directa in vim fideicommissi sustineantur, nur in zweifelhaften Fällen, und wenn die gebrauchte Worte ad fideicommissum gezogen werden können, ihre application findet, doch solche in dem gegenwärtigen Fall um deswillen hinwegzusallen scheinet, weil aus denen codicularischen Worten der animus heredes directo instituendi satisclaram erhellet,



und keine Ursache vorhanden, warum man aus der zu gleicher Zeit geschehenen Übergabe des Testaments und Codicills animum fideicommittendi presumiren wolle; Dieweil aber dennoch die Gesetze nirgends verordnen, daß ein Testator, wenn er von seinem letzten Willen abzugehen gesonnen ist, sich die Freyheit, denselben zu ändern, vorbehalten haben müsse, vielmehr ohnstreitigen Rechtens ist, daß eine letzte Willens-Verordnung dem Gefallen des Erblassers unterworfen sey, dergestalt, daß dem voluntati priori per posteriorem ipso iure derogaret wird, ambulatoria enim est hominum voluntas usque ad vitas supremum exitum

*I. 4. D. de adim. leg.*

*I. 32. §. 3. D. denot. int. vir. et vxor.*

*I. 27. C. de testam.*

cum nemo eam sibi possit legem dicere, vt a priore ei recedere non liceat,

*I. 22. pr. D. de legat. 3.*

Hiernechst dem Willen der Testirerin, daß der Hegnerin noch andere Personen, als Mit-Erben, an die Seite gesetzet seyn sollen, die ungleiche Benennung

nung eines Codicills nicht entkräften kan, indem der Grund eines Testaments in der Erben-Einsezung besteht, und, wann solche in acht genommen wird, es gleichviel gelten muß, was der letzten Willens Verordnung vor ein Nahme, zumahl von einer der Rechte unersfahrnen Weibes-Person, beheglet worden, testamenta enim vim ex institutione heredis accipiunt, et ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio,

§. 34. I. de legat.

I. i. §. 3. D. de hered. instit.

et verba non sunt intelligenda, secundum quod sonant, sed secundum mentem et intentionem proferentis,

I. 69. §. 2. D. de Legat. 3.

I. 96. de regul. iur.

maxime in causa vltimarum voluntatum, quippe in quibus non verbis, sed voluntatibus defunctorum faciendum est,

§. 2. I. de legat.

I. i. C. commun. de legat.

Sodann

Sodann an denen äußerlichen Solennitaeten Beyder Testamente kein Mangel zu befinden ist, allermassen die Testirerin Beyde zu gleicher Zeit Gerichtlich übergeben, und also dadurch das eine so wohl, als das andere seine vollkommene Gültigkeit erlanget hat;

Als erscheinet hieraus so viel, daß die im Testament eingesetzte Erbin, Hegnerin, die in dem so genannten Codicill ihr bengesetzte Mit-Erben von der R. Erbschafft nicht ausschließen könne. ic.

Alles von Rechts Wegen.

(L.S.)

Ordinarius, Decanus, und andere Doctores der Iuristen - Facultaet auf der Königl. Preußl. Vniuersitaet Halle.



CVRRICVLVM VITAE:

AVGVSTINVS FRIDERICVS GVILIELMVS  
SCHLICHTER

natus est Hala Magdeburgicae d. XXVIII. Aug. MDCCXXXVI.  
Patrem agnoscit CHRISTIANVM LVDOVICVM SCHLICHTER,  
olim Professorem Historiae S. et Antiquitatum in illustri Ly-  
ceo Halensi, nec non Alumnorum Reformatorum in Acad-  
emia Regia Ephorum, nunc Consiliarium Consistoriale,  
nec non Archi-Diaconum ad Aedem Cathedralem, quae Co-  
thenis floret; Matrem vero HENRIETTAM SOPHIAM, Domi-  
ni IOANNIS CHRISTOPHORI LAVENTII, Icti olim sum-  
mi, et Cancellariae Directoris Cothoniensis splendidissimi, fili-  
am primogenitam. Inter Maiores eius notari merentur BE-  
NEDICTVS SCHLICHTER Ictus praeflarus, qui Martisburgi  
natus ob turbas ecclesiasticas sub initium saeculi praeteriti Co-  
thenas abiit, ibique per plures annos praxin feliciter exercevit  
honores a Principibus variis sibi oblatis modeste detrectans,  
itidem GEORGIVS CRUGER, nec non ADAMVS STRESO,  
ambo Praefules ecclesiarum Principatus Cothoniensis, quos Su-  
perintendentes vocare solent. Iactis in schola Cothoniensi  
fundamentis anno MDCLIV. ciuibus Fridericianae adscriptus,  
Pro-Rector B. MICHAELE ALBERTI, studio iuridico ope-  
ram nauare coepit. In Philosophicis audiuit Professores cla-  
rissimos MEIERVM, WEBERV M et EBERHARDVM, in His-  
toricis

ricis Celeberrimos Viros WIDEVRGIVM nec non IOACHIMVM, in Iure Civili Excellentissimos NETTELBLADTIVM et HEISLERVM, in Iure Canonico Virum illustrem IOANNEM ERNESTVM FLOERCKEN, Potentissimo Regi Borussorum a consiliis intimis, et Fridericianae Directoreni grauissimum, qui iam olim in Academia Ienensi magno cum applausu docuit. In Iure Criminali securus est Excellentissimum HEISTERVM, in Feudali Virum Celeberrimum STECKIVM, in Iure Publico supra dictum NETTELBLADTIVM, et in Praxi per illumstrem FLOERCKEN modo laudatum. Post tres annos cum dimidio in Academia bac feliciter exactos sine dubio ad alias abiisset, nec non Germaniam nostram perlustrasset, ut praecepas eius urbes, ut et statum earum publicam proprius cognosceret, nisi turbis bellicis, quae patriam nostram Germaniam prob dolor! ubique vexant, impeditus fuisset. Hinc sub finem anni praeteriti in patriam redux post impetratam a Serenissimo PRINCIPE aduocandi libertatem

praxin sedulo exercet.



**ULB Halle**  
006 669 409

3




107P





B.I.G.



Pr. 56. Rm. 27.

1758, 12 17

SPECIMEN IVRIDICVM  
EXHIBENS  
DISCEPTIONEM IN AVGVRALEM  
DE  
INSTITVTIONE HEREDIS  
IN CODICILLIS FACTA  
IVSSV  
ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
CONSEQUENDI  
IN CELEBERRIMA SALANA  
IPSO IVBILAEO SECUNDΟ  
EDITVM

A.B.

AVGVSTINO FRIDERICO GVIELMO  
SCHLICHTER,  
ADVOCATO REGIMINIS COETHEN.

IENAE MDCCLVIII.

LITTERIS SCHILLIANIS.

*H. Goffet et Pet. Helbladis Goffet*

